

mortalium ceterorum cupiditati et avaricie inhyanem seposuisse
 ceteras curas. Sane, amice; etsi aliter scribas et aliter in hoc sentias,
 ut mea tenet opinio, non tamen est quod mireris, si mortali
 genitus mortaliter ago, et ceco tramite ductus in foveam recido
 satis plenam. Morbus quidem comunis est, in precipitum cuncta
 30 trahens, nec ipsi qui errorem damnamus, erroris immunes sumus.
 Profecto sic est: laudamus priscos mores, vitam sequimur modernorum.
 Verum ut mentis archanum tibi aperiam, Deum testor et fidem,
 quam ad virtutem utcunque habeo et ad te, queque fuit ab
 annis teneris, bene nosti, et erit etiam post fata, non ambigo, quod
 et opes et avariciam ceterasque pestes vulgares, quas etiam non-
 numerando satis intelligis, et sperno et horreo et, si in vita nostra
 pro arbitrio esset electio, vidisses tu, vidissent et alii miratores
 rerum quanti fecisset honores et opes, aliaque irritamenta ma-
 lorum. Nec fuisset grande certe quod expetissem vitam, quippe ad
 40 frugalitatem et honestum ocium congruentem; cetera namque velut
 supervacua abiecerissem. Nunc autem in sorte positus, verser ut alii
 necesse est, et quem volentem fata ducere nequeunt, invitum et
 renitentem in has miserias trahunt. Ad summam sic vivo ut lucem
 sepe exosam habeam.

Sen. Epist.
107, 11.

His paucis contentus, ne quarto interruptionem patiar, finem
 facio; nam et velle meum pro maiori parte nosti, ni fallor, et de
 hac re sepe inter nos agitatus est sermo. Vale, Vir singularis,
 memoriisque dilecti tui, ut spero, non deseras. — Iustinopoli, idibus
 ianuarii [1368?].

13.

Epistola Philippi Cavallo responsiva ad premissam^{a)}.

[Vat. c. 105 v].

Placuit, amate frater, benecomposita tui sermonis oratio. At si
 quid sinceri in deserta mente concipitur, admiratio vehementior in-

^{a)} Cfr. a pagg. 77, 98-9, 151.

²⁷ tenet] *Vi.* *M.* *L.* tunc. ²⁸ *L.* recidam. ³³ queque] *om.* *Vi.* ³⁴ *L.* ambiguo.
M. *L.* mortaliter. ³⁹ quod] *M.* *L.* quam. ⁴⁰ *Vi.* infrugalitatem. ⁴¹ *Vi.*
³⁸ rerum] *om.* *M.* *Vi.* ³⁹ quod] *M.* *L.* quam. ⁴⁰ *Vi.* infrugalitatem. ⁴¹ *Vi.*
 versar, *M.* *L.* versor. ⁴⁷ *Vi.* inter nos sepe. ⁴⁸ *M.* *L.* idus. ⁴⁹ *L.* *om.*
la data.